



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. An sit reprobatio ab omni gratia, & remedio salutis respectu aliquorum
reprobatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN II.

Reprobationis diuisiones recensentur.

1. **R**eprobatio damnandorum pro duplici termino, à quo reprobatio esse potest, de factoque respectu illorum est, dupliciter accipi potest: vel pro reprobatione à gloria, vel pro reprobatione à gratia ad illam consequendam. Et quamvis hæc ab illa videatur dimanare, non tamen ab illa, plerumque saltem, dimanari siquidem reprobi plerique à gratia reprobantur prius natura, quam reprobentur à gloria: imò & adulti omnes, atque infantes, quibus à Deo ex parte sui de sufficienti salutis remedio prouisum est (de quo q. 2.) si reprobatio positivè à gloria rigore sermonis rursus peritur: etenim reprobatio positiva eorum à gloria voluntas efficacis excludendi reprobum ab illa est, quia inefficax sufficit, quæ secum inefficacem etiam dandi illi gloriam patitur, ac proinde se cum gloria, & mediis efficacibus ad eam consequendam, ac subinde cum absolute reprobationis à gloria negatione absoluta est composibilis, cum qua absoluta reprobatio à gloria, cui eiusmodi negatio contradicitur, componi nequit. Efficax autem voluntas excludendi hominem à gloria ante præsumptum absolute peccatum finale reprobi, cui aliquatenus de remedio salutis à Deo prouisum est, siue originale infans, siue etiam actualis adultus, non solum executivè, sed intentionè, siue intentionis ordine à nemine Theologo, rum admittitur: nec sine fidei iactura admitti (me iudice) potest patet: siquidem falso à Paulo diceretur, omnium hominum salutem Deum velle (quod de iis saltem, reprobis etiam, quibus de salutis remedio prouisum est, debet intelligi) si aliquos eorum efficaciter antecederet ad omne ipsorum peccatum à salute & gloria exclusisset: cum voluntas inefficax obiecti cuiusvis adstante voluntate efficaci de eius negatione, vel de opposito extremo, neminem obiecti illius inefficaciter solum voliti absolute volentem reddat, ac denominet: sed potius efficacis de opposito voluntas oppositi huius volentem absolute denominabit, ac reddet.

2. Dixi verò *positivè reprobatio*: quia reprobatio negatiua reprobi à gloria esse etiam in Deo potest: quæ scilicet negatio voluntatis dandi gloriam reprobo sit, non voluntas negationis gloriæ ipsius. Ea verò reprobatio negatiua gloriæ, siue negatio voluntatis gloriæ pro reprobo, si omnis voluntatis, etiam inefficacis, intelligitur in Deo non esse respectu reprobatorum, quibus à Deo de sufficienti salutis remedio prouisum fuit, ex eodem Pauli textu, & sententia probatur aperte: siquidem respectu illorum saltem inefficax salutis & gloriæ ipsorum voluntas negatiua non potest. Quæ distinctio reprobationis positivæ, & negatiuæ in altero reprobationis genere nempe à gratia æquum habet locum: cum positivè velle Deus possit reprobum à gratia ad gloriam, siue efficaciter, & cum effectu siue sufficienter conducente excludere, possitque illum ab eisdem excludere negatiuè, sola negatione voluntatis dandi reprobo, vel alteram, vel utramque: qua sola voluntatis diuinæ negatione à gratia omnino exclusus, reprobatusque reprobus manebit: cum absque positiva Dei voluntate dandi illi gratiam eam habere reprobus nequeat. Porro cum gratia in sufficientem & efficacem communitur à Theologis diuidatur, & sufficiens ea sit, quæquis consequi gloriam absolute possit: efficacis verò, quæ illam de facto absolute consequatur. In quocunque eius efficacis consistat de quo nunc disputandum non est) reprobatio utraque tam positivæ, quam negatiuæ à gratia diuidenda est in reprobationem vnā à gratia efficaci solum, & alteram à gratia sufficienti etiam: in qua dubio procul reprobatio à gratia etiam efficaci est: quandoquidem efficacis gratia sufficiens, quoad positivum, quod sufficiens importat, est: tamen si aliquid vltius siue intrinsecum addat, ut efficacis sit, ac de facto cum salute, & gloria eius cui conferitur, coniungenda. Hinc duplex in hac disputatione quaestio esse potest Prima, an reprobi aliquot à gratia, sufficienti etiam, ad salutem, & gloriam, ac proinde ab omni

profus gratia, siue positivè, siue negativè fuerint à Deo reprobati, & exclusi: Quæ eadem proflus quaestio cum illa est. An Deus reprobis etiam cunctis, siue infantibus, siue adultis de sufficienti saltem, remedio salutis prouiderit. Secunda quaestio est de reprobatione reproborum à gratia, & medio, siue remedio efficaci ad salutem consequendam, & hæc sane reprobatio est, quæ in his reprobis, quibus de facto de sufficienti remedio, ac remedio ad salutem, & gloriam prouisum à Deo est, prædestinationis, quoad intrinsecum considerata, immediate opponitur et diametro, & directè illa siquidè reprobatio à gratia, sufficienti etiam, siue ab omni gratia plus nec parum addita, pia id, quod prædestinatio speciale importat, nempe esse efficacis gratiæ præparationem, cui immediate sufficientis tantum, non efficacis præparatio contradicit, ut infra explicabitur.

QVÆSTIO II.

An sit reprobatio ab omni gratia, & remedio salutis respectu aliquorum reprobatorum.

Distinctus in præfati quaestione progrediamur in duas classes diuidendi reprobi: scilicet in salutem siue Baptismo decedentium originali peccato effluvia infantium & adultorum, vel cum illo solum vel cum actualibus etiam absque Baptismo obuentum illorum maxime qui fidei, & Sacramentorum ignari moriuntur. Non loquimur autem de gratia auxiliante intrinsecè de interiori vocationis sufficientis proximè, & formaliter ad salutem: enim parulis absque Baptismo decedentibus, & adultis barbaris vita sanctis absque illa veræ fidei notitia, siue qua pueri Deo saluarique nemo proxime potest debere: certissimum est: ac proinde eos à gratia intrinsecè de interiori vocationis sufficientis proximè, & formaliter ad salutem esse à Deo reprobatos & exclusos. Quare quibus gratias de gratia, seu remedio sufficienti remoto ad salutem, quod mediata solum & remota salutis eorum possibilitas potest, in qua potestas proxima concessa à Deo in virtute censetur, quatenus in remoto illo medio, & gratia sufficienti datur id per cuius bonum, & industriam vltimè proprium, si adultus reprobus sit, siue alienum, si parvulus ad sufficientem, & absolutam proximam salutis potestatem peruenirent.

CERTAMEN I.

De infantibus ante usum rationis absque Baptismo decedentibus.

1. **N**ullum ex his infantibus à gratia, & remedio applicato ad salutem sufficienti reprobatorum à Deo fuisse etiam illum, qui in utero moritur matrem, hæc naturaliter rerum cursu, siue sortitu, & casuali, distinctio à Doctoribus aliquibus defenditur. Gabrielus, & alii, autem eiusmodi baptizati decedentes parvuli in fide parentum saluari possunt, ac proinde in ea, vel mediis ad ipsam salutem de remedio ad salutem à Deo prouidentibus dubium solummodo discutitur, non ausus asserere. Cuius verò 3. q. 6. art. 2. & 1. eos parentum fide saluari posse, aut quare, vel in ipsa, vel mediis sufficientibus ad illam à Deo datis de remedio sufficienti ad salutem parulis etiam illis prouisum fuisse: egerim impossibilitatem salutis imbaytæ vocem potest Evangelicam legem, cuius modus hic defendendi præmissio nem à Deo sufficienti remedio ad eorum parvulorum salutem immititur Pontificis Pij V. iussu in Romana ecclesiæ expuncta fuit. Quare nullus, etiam ex Patribus Doctoribus

canis, ut plurimum Caier. affectis, cum modum post modum tutatus est. Sicut noster 4. de prædest. c. 4. affectus; ipsius Recentiores nonnulli aliter eandem sententiam tuerentur. Ait enim semper à Deo aliquod in mente parvulorum, aut aliorum à quibus remedium proximum salutis parvulorum posset adhiberi ne imbuti obirent. v. g. inspirando matri, ut domo cuius ruina nulloquam ab ea cogitata imminerebat: egrederetur, vel ne illac iret, ubi rei inopinata subito timor eueniret illi erat, ex quo faceret parvuli abortum. Sacerdoti item adstanti, ut illico parvulum baptizet statim moriturum: cum ille nihil tale, non tunc solum sed nec suscipiat, aut cogitat. Additque de solo tandem nomine esse hanc de parvulis questionem, cum tamen ipse res hæc (quæ melius quiescerent) ut pro Dei providentia de mediis sufficientibus ad horum parvulorum salutem moveat, ac pietatis specie meditetur.

2. Hæc tamen negant sententia fundamenta à Soar. mota & excogitata melius ut dixi quiescerent. Primo enim abque vilo fundamento ea omnia diuinantur, vel somniorum in morem finguntur. Unde enim illa matrum inopinata subita reclusio, domusve ruina oppressarum sepulcrumque inspiratio à Deo ipsis immittitur, ut illico domo egrederentur innotuit, an illa omnes ex alio sepulo aduenientes ipsis vigilantibus id reuelaretur, an (quod crederem facilius) dormientibus? Illa vero quibus ex inopinato casu, siue in via, siue alibi occurrente subito timor in causa abortus fuit, nunquam de eiusmodi cogitatione immittitur illa illis non eundi, sunt apud aliquem refectate; quin sæpe nullam ipsis eiusmodi cogitationem occurrere dicunt, cum casus eiusmodi referunt. Deinde sæpe parvuli in materno utero obeunt ob naturæ debilitatem, noxiam ac pestilentem constellationem, aut epidemiam, contra quæ nihil matribus aliisve immittitur cogitationes præstare possunt, ut in lucem parvuli edantur, atque baptismum recipere absolute possint. Sæpe item in præsentibus sacramentis, Mistris, nihil de periculo parvuli, nec de eo baptizando cogitante subito parvulus corripitur. Tertio demus eas omnes cogitationes menti matri, vel Mistris immitti: cum tamen, nec ipsis constat, an Dæmone, vel aliunde, quam à Deo immittitur illa cogitationes sint, nec quicquid ipsis vndeque in mentem occurrere debeant executioni mandare: imò cum abq. vilo probabili saltem, fundamento agendum proponitur, ut in casibus dictis (ubi periculi mortis parvuli nec matri nec ministro baptismi suspicio adiacens suborta fuit) exequi illud prudenter nequeant: non satis eis immittitur cogitationibus de sufficienti salutis remedio à Deo providebitur: siquidem eo solum medio, & remedio, cuius applicatio ex cogitationibus immittitur ad humanam illorum prudentiam, curam & industriam spectat sufficienter de medio, & remedio salutis præstatis parvulis potest provideri, non autem aliis, ex quibus applicatio remedii proximioris ad eorum salutem extra omnem illorum prudentiam, & industriam humanam est.

3. Facilius, atque siue eis diuinationibus, possent in suis principis Soar. & Afflece media gratiæ sufficientis ad salutem remotam (de quibus solum pro parvulis questio est) potest præstare, ut diximus) designare ipsi enim aiunt reprobationem saltem negatiua gratiæ efficiat, siue negatione prædestinationis, nec solum præcisionem voluntatis à prædest. ante actuale etiā Adamiac subinde ante originale parvulorum habitam à Deo fuisse, ordine scilicet ipsis familiari intentionis, non autem executionis, quo non nisi præsumptum Adam saltem peccatum à gratia efficaci fuerit parvuli, exclusi, & reprobati, quam solum exclusionem à gratia efficaci reprobationem positivam appellant, ut videre est in Soario 5. de reprob. c. de quo rursus sermo redibit: iuxta hunc autem modum philosophandi dicere facile possent parvulos non esse à medio remoto gratiæ sufficientis adhuc, exclusos: etenim pro illo signo auxilium gratiæ sufficientis Adam collatum, nec actualiter peccare essu fruatur ligni prohibiti, sufficiens etiam auxilium, ne in illo reliqui homines, quorum voluntates ex pacto in eius voluntate moraliter erant collate peccarent, atque originali subiacerent, ubi primum ex Adam procrearentur: ac proinde de sufficienti medio remoto ad salutem & gloriam non peccando consequendam satis à Deo fuit ipsis in auxilio. Et quamvis medium hoc gratiæ sufficientis ad salutem fuerit ne Adamus, & reliqui homines ex eo propagandi in ipso peccataque in seipsis originale contraherent, cum ex ipso propagarentur: quare nec remedium ad salutem dici possit.

Christoph. de Ortega de Deo Pno. Tomus II.

se parvulis hisce eo medio prorsum videatur, quia remedium peccati infirmitatem, salutemque iacturam supponit: tamen remedium, proprietate etiam sermonis, de præcavatio aegritudinis, & salutis conservatio dicitur: quo solum sensu redemptio per Christum absolute de B. Virgine Deipara dicitur: tamen, nec in se peccati originalis, neque in Adamo servitutem debiti illud contrahendi incurritur.

4. Ac demum, si præfata principia Soaristarum, & ipsa consequens discursus noster id plane de parvulis hisce obtineat, ret, de quo questio videtur inquirere: nepe nullum ex illis de medio remoto gratiæ ad salutem sufficientem esse à Deo exclusum, ac reprobatum, siue remedium illud dicendum sit siue non sit absolute remedium appellandum: sed vero, ut in præfatis principis præfatus discursus inoffenso procedat, & curat, essetque absolute possibilis nobis ad præsentem quoniam probatur. Primo, quia ordinem illum intentionis & executionis Soaristicum diuinarum voluntatum efficaciam à falsitate principiorum & aliunde discursus hic noster in doctrina Soaristica displicet, non probamus. Secundò, quia parvulorum præfatorum reprobatio omnis siue à gratia efficace, siue à sufficiente, vel ab alterutra eisdem, vel aliis conferenda providentia esse non potuit. Providentia omnis, de mediis quibuscumque ad finem subiectum, cui de illis providendum absolute est, absolute etiam existens supponit, ut ostendimus contr. 6. de provid. atque Soarius ipse fatetur; parvuli autem, quibus providendum ita erat de salutis medio, seu remedio sufficienti pro signo illo natura priori ad Adæ peccatum, pro illo signo nec erant, nec videri proinde à Deo absolute poterant, ut ipsis de medio aliquo ad salutem provideretur: siquidem ex eis plures, qui vel ex honesto concubitu, vel turpi etiam procreati à parentibus sunt, ex gratia Dei per Christum absolute existentem, atque absolute operantem, ac promerentem ad primum inducente, vel à secundo retrahente parentes, sunt ex his propagati, & progeniti iuxta à nobis statuta contr. 3. 4. de Incarn. Christus autem non, nisi post Adæ absolutum peccatum, decrevit absolute à Deo fuisse, & in se existens, quare & eorum parvulorum plurimum existentia absoluta, ut ipsis provideretur de medio, adhuc sufficienti, ad salutem necessaria, pro signo priori illo natura ad peccatum Adæ, & absolute Christi existentiam anterior non fuit, ac subinde providentia de medio sufficienti ad ipsorum salutem esse non potuit. Tertio denique quia, ut diximus contr. hæc 7. d. 3. de causis prædest. (ut iuxta Patrum sententiam Christum meritis suis causam prædestinationis adequatam, & totalis à primo ad viduum auxilium gratiæ extitisse ostendimus, providentia de mediis sufficientibus gratiæ ad gloriam obtinendam, cum erga Adam, cum erga homines reliquos ante Adæ peccatum, eius peccato subsecuto, non interrupta sola fuit, sed finita fuit enim providentia salutis pro statu viatorum innocentium hominum, & statu illo innocentie ad gloriam, & eternam salutem transferendorum: quo per Adæ peccatum, & sibi, & reliquis perditio providentia de mediis gratiæ ad gloriam cessavit: aliæque Christi meritis fuit, incohata: quæ sola, cum erga Adam, cum erga reliquos de facto solum est, de qua proinde sola disputatur à Theologis cum præsentem versant questionem: quare ad gratiæ auxilium ad salutem Adamo physice ac posteris siue parvulis, siue adultis moraliter concessum, ut neminem ex præfatis parvulis à sufficienti medio, aut remedio ad salutem exclusum, ac reprobatum à Deo fuisse ostendatur extra rem, & questionem præsentem recurretur.

5. Dicendum igitur nobis est parvulos aliquot ab omni gratia, medioque & remedio, etiam sufficienti, de quo est questio præfata exclusos reprobatosque à Deo fuisse: est communior Theologorum conclusio Grego. in 1. d. 4. q. 1. sub med. Richardia 7. Gabr. in 4. d. 4. q. 2. a. 3. dub. 2. S. Th. d. 4. q. 1. a. 1. ad 1. Driedo de capt. & redempt. gener. hum. ut. 5. c. 3. Pauli Orosii Apologia pro liberate arbitrij longe à medio Domini Soto 2. de nat. & grat. cum satis infinuantis, quos refert & sequitur Vasquez c. 1. d. 96. atque ex ipso Magister meus Daza: est expressa & constans Augustini sententia capite secundo, de bono perseverantiae siue ait, parvulos aliquot negligentia parentum (non absque secreto tamen Dei iudicio) imbutos obire, subdit vero, Quid dicam, quod parvulus aliquando, antequam illi per ministerium baptismatis succurri possit exibat? & c. 22. de grat. & liber. arbit. in. gratiam Baptismi Dei benigntate, & absque meritis donari his inter alia probat. Et aliquando filius infidelium præstatur hæc gratia, cum occulit.

culta Dei providentia in manus piorum quemodocunque perueniunt; aliquando fidelium filij non eam consequuntur aliquo impedimento existente, ne possit periclitantibus subueniri. 8. de nat. & grat. Ego autem dico paruulum natum in eo loco, ubi ei non potuit per Christi baptismum subueniri morte præuenire, idcirco talem fuisse, id est sine lauacro regenerationis exiisse, quia esse aliud non potuit: sufficiens autem medium, & remedium gratiæ ad salutem eo gradu, & loco, quo tale absolute est, absolutam ad salutem August. asserit de uisib. ep. 30.5. sub med. Quid dicam de inopinati innumerabilibus moribus, quibus & etiam Religiosorum Christianorum præueniuntur, & baptismum præcipiuntur infantes; cum è contrario sacrilegorum, & inimicorum Christi infantes aliquo modo in Christianorum manus reperiuntur ex hac vita non sine sacramento regenerationis emigrent: subinfra. Quia tandem hic merita præferuntur si eorum cogitationis paruulorum, nulla sunt propria: uisique est illa massa communis: si parentum attenderis, bona sunt illa quorum filij reperiuntur moribus sine Christi baptismo perimuntur.

6. Et tamen postremo hoc, & antequam recitatis locis, Deum nullo merito, sed gratia sua aliquibus infancibus Baptismi gratiam conferre, nec de merito specialiter, vel illorum vel parentum aliis denegari contra Pelagianos contendat, omnem humanæ industriæ defectum, ob quem im baptizati interirent, ad quam Pelagiani recurrant omnino repellit: clarius tamen eidem doctrinæ contra eoldem Pelagianos insistentem idem expressit epist. 107. post medium, & probat. Cum multis non deus paruulis (gratia) & sine illa plerique moriantur, qui non habent contra iam voluntatem, & aliquando expenitibus, festinantibusque parentibus, Ministris quoque uolentibus, ac paratis, Deo nolente non datur, cum repente antequam detur expirat, pro quo, ut acciperet currebat. Eidem August. & nostræ sententiæ de aliquot im baptizatis paruulis decedentibus, quia parentum, aliorumque omissione industriæ, & usus eorum, quæ ipsi à Deo sunt collata, ut præfati paruuli baptizarentur, intercedat, sed sola Dei non uolentis, seu nolentis dare, quod satis esset, ut ante obitum baptizarentur: quare nec de remedio sufficienti eorum paruulis providere ad salutem (quod ipsum est hos à gratia & remedio salutis sufficienti etiam reprobare & excludere) subscript Prosp. lib. de ingrat. c. 20. & 21. Nec ab hac sententiâ abscellit Prosp. 2. de voc. gent. c. 23. alias 8. scribens, ubi paruulorum dierum homines ad illam pertinent gratiæ partem, quæ semper impensa est uniueris nationibus, subiungit enim: quæ utique si bene uiderentur eorum Parentes, & ipsi per eosdem iuuantur, loquuntur ergo de natis non de mortuis in utero materno, qui paruulorum dierum homines, nec sunt nec dicuntur; nec de natis omnibus, sed pro quibus reliqua adessent parentibus, quæ cum sufficientibus, ut ad fidem uenirent, nationi cuius oblati iuuare possent ad baptismum paruulorum, neque infidelitate parentum ab eo essent exclusi: sunt autem alia plura necessaria præter parentum fidem, ut eorum paruuli ad baptismi gratiam ante obitum peruenire absolute possint, quæ fidelibus pîis, etiam parentibus paruulorum absque baptismo decedentium data à Deo non sunt, ut ex August. uidimus, & Prosp. primis locis fatetur. Nec plus intendit c. 23. de vocat. gent. quam gratiam externam omnibus nationibus oblatam, ut ad fidem uenirent, neque ex infidelitate parentum eorum paruuli sine baptismo decederent: ut uoluntatem salutis omnium in Deo probet.

7. Probata iam conclusio est à ratione citatis August. testimoniis inclusa: & satis quidem efficaciter, si euasione à Soaristis tentatarum n. i. præclusiones à nobis datas n. 2. consideres. Porro, quæ contra cert. hanc August. & veterum Theologorum, uerissimamque sententiâ à Soario, & affectis mouentur, momenti aliquid, ne vix quid habet. Primum ex meritis, & redemptione Christi pro omnibus hominibus etiam paruulis cunctis, qui dubio procul ad Christi redemptionem, à qua exclusi meritis Christi non fuere desumuntur. Etenim pro omnibus hominibus: non autem pro Dæmonibus Christus mortuus dicitur. Expe ab Apostolo, & Patribus: ex quorum dogmatica sententiâ ex instituto id docet Prosp. ad obiect. Vinc. c. 1. & ad capit. Gallorum c. 9. neque à Catholico Doctore negari potest.

Verum inde solum probatur merita, & redemptionem Christi ualoris meritiui, & satisfactorii ad omnes omnino homines non solum futuros, sive paruulos, sive adultos in mundo præsentis absolute præteritis, & futuros aliquando imò & possibiles, non extendi solum, sed excedere infinita Christi merita, & satisfactio pro eorum peccatis sint, ut contr. de Incarn. de merit. & satisfact. Christi monstrauimus: item Christum neminem eorum uoluntate sua à fructu eorum exclusisse. ut contra nonnullos Recentiores ostendimus contr. 6. de prædest. Non uero inde solum omnia quæ omnibus promeritis est atque cum debita uoluntate Dei subordinatione dati ab eo ipsi uoluntate & fide obtinuisse. Nam & omnibus efficacia auxilia & fide inde prædestinationem & gloriam promeritis est pro eis, quæ obtinendis merita & pretium superabundantia crebuit & uoluntate illa subordinata diuine obediendi; nec tamen id nec plerique omnia alia eis: imò nec fide obtinuit, quid ergo meritorum & redemptionis Christi eorum uoluntatis redimendi omnes derogant. Si aliquibus sufficientia adhuc auxilia de facto non obtinuerit. Nec ita Dæmones, quorum causa redemptionis, nec cum redemptione hominum communis erat, neque à Christo Deo agebatur ad eius redemptionem spectabant.

8. Secundum desumebatur ex uoluntate & desiderio uero serioque Dei saluandi omnes homines, quæ ex scriptura, Patribus & Theologis statuamus contra de uoluntate est inefficacem sciam tamen & uerum desiderium salutis omnium de auditorum salute solammodo ab scriptura asseri 2. Reg. 14. Deus non uult perire animam. & 1. ad Timot. 2. Deus uult omnes homines saluari. & ad agnitionem ueritatis uenire. Quibus locis cum ex materia, tum ex intento & fine eis intentio, qui auditorum salus aperte est de eis solis sententiæ esse continetur. Tum ex postremis Pauli uerbis: si quidem ad agnitionem ueritatis uenire adulti soli possunt, non paruuli autem uisum rationis uita decessit: si id uerum esset exauderet difficultas, falsa tamen ea interpretatio mihi est: est enim materia, & intentum eorum locorum de adultis solum, & ratio tamen, quæ & Summis, & Paulus intentum facit Davidi, & Timotheo, ac media ad illud adhibere in adultis contendunt, generalis est: quod nemini mortem sed omnium salutem præ sua bonitate Deus uelit. Quæ ratio in paruulis locum habet: imò uero, cum Deus incarnationem Verbi in omnium, etiam paruulorum redemptionem, salutem decreuit, paruulos in ea redemptionem & salutem, nec omisit nec exclusit, sed inclusit: aliqui ad Causam redemptionem non pertinentem contra Valg. & omnes: eo igitur admissio respondendum est, intentionem Dei & uoluntatem salutis sciam, uerumque desiderium efficax non fuisse, sed inefficax: & quod tale (nec sola complacentia) ut fit, debet habere intrinsecum vim mouendi Deum ad medijs alicuius appositionem, non tamen vim determinatiuam ad aliquod, etiam sufficientem adæquate appositionem, tamen ex sufficientis medijs, adhuc remoti, & in adæquate appositione bene salutis intentio sciam, uerumque desiderium in Deo arguatur à Prosp. supra: quia è simpliciter complacentia sola, ac præcisâ ad aliquid agendum in ordine ad finem motio uoluntatis esse non potest: cum autem motio illa serie intentionis inefficacis determinans ad electionem mediorum non sit, est ad eam sit indolens ab eo intendens vel omnino, vel ex parte abstinere absolute potest: quare ad remoti medijs electionem moueat, quæ ad proximi electionem moueat atque ad electionem medijs adæquate, vel aliunde non expedit absolute, ut sufficientem absolute sit, quin ad electionem illius quo vel complendum, vel expediendum illud ad absolutam sufficientem erat, moueat de facto: atque ita in paruulis illis absque baptismo, nullius alterius negligentia decedentibus, & quorum etiam salutem Deus inefficaciter, uerè tamen, & serio intendit, ac desiderat, uisum uenit.

CERTAMEN II.

De adultis ad rationis usum pervenientibus placita & decisio.

Refertur in hac quæst. de aliquorum adultorum à gratia, sufficienti etiam reprobatione error Armacani lib. de quæstionib. Armenorum q. 27. asseretis, aliquorum hominum peccata, æque atque peccata Dæmonum, lege à Deo lata esse irremissibilia: quare ea Dei lege, & decreto stante hominibus, qui ea peccata admisissent auxilium sufficiens denegari: cum nullum illi Dei absolute decreto prævalere absolute possit ad remissionem eorum peccatorum, & salutem, quæ absque remissione eorum obtineri absolute nequit, cum sententiam errorem in fide censentem multis, confutavit S. Th. 3. p. q. 86. a. 1. Domi. Soto 1. de natur. & gratie. 18. Vega lib. 13. in Concil. Trid. a. c. 1. Valq. d. 97. c. 1. Quod si de lege decretum Dei de non remittendis eiusmodi peccatis innolescente Armacanus (ut verba sonant) intelligatur, merito eam censuram subiicit: cum ad peccatores omnes illud Matt. 11. serio, nec illusorice, dirigitur. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Ac sæpe scriptura absolute, ac indefinitè quare & vniuersaliter, clamat Deum nolle peccatores perire, sed potius, ut conuertatur ad Deum & viuat. Neque vllus est scripturæ locus qui errori huic faueat ut docet præfati DD. ostendunt, videlicet quod est apud rigidißimam locorum scripturæ. & Patrum ad rem scholasticam interpretem Valq. cit. etenim illud I. Ioannis 5. est peccatum ad mortem non pro illo dico, ut roget quis, non quidem absolute, sed cum tanta fiducia consequendi, cum qua dixerat immediatè orandum pro non peccantibus ad mortem. ut Hieron. Dialog. 2. contra Iovinianum, & Caiet. ad eum locum, quos Valquez laudat, & sequitur c. 1. n. 3. §. *Mibi verò*: item Matt. 12. qui dixerit verbum in Spiritum Sanctum non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Quidquid enim hic per peccatum ad mortem & verbum contra Spiritum Sanctum intelligatur, & de irremissione futura eorum (quod huius loci non est) intelligatur, solam continent ea loca irremissionis prædictionem, quæ cum sufficiente absolute medio, & gratia ad obtinendam remissionem non pugnat, non autem absolutam ex lege, & decreto Dei eorum peccatorum irremissibilitatem. Tertius locus ad Hebræ. 6. *impossibile enim est eis, qui semel illuminati gustauerunt etiam donum celeste, & c. & trahit sum, rursus reuocari ad penitentiam.* Sed tamen illud impossibile tantumdem est difficile, valere docet, & acutè intellexit Anselm. v. Ioan. 5. *Quomodo vos potestis credere, & c. 12. non poterant credere*, id quod ex contextu eius, & sequentis capitis profundè & clarè ostendit. Et sanè quod valde difficile est, cum iure, tum communi hominum æstimatione pro impossibili haberi, & tale appellari vulgaris est, quam, ut pluribus probetur.

2. Nonnullis diu iniquis, & in peccato obduratis in anteaكتورum peccatorum penam auxilia, non solum efficacia, sed sufficientia, proxima ad penitentiam, & implenda præcepta & intentionum victoriam aliquando, à Deo denegari, ab eisque excludi ac reprobari subdubius videri fuisse Henric. quodlib. 8. q. 5. magis in id quam in oppositum propendens: docuere autè expresse Abulenſis in c. 4. Matt. c. 1. Greg. Arim. in 1. 4. 46. q. v. circa solut. 3. impugnatio- ne solutionis 1. Caiet. in c. 19. Ioan. ad id. *Non poterant credere*. Rossens a. 26. contra Lutherum Ruard. Tap. 2. 7. pag. 24. vti Patribus confirmus: tamen oppositum magis pium esse fateatur. Sunt autem in hac sententia tria animaduertenda. Primum non admitti ab eius Doctorib. omnimodam reprobationem à gratia omni, & medio sufficienti ad salutem, siquidem ad priora illa peccata, quibus assueverunt, obdureruntq; & in quorum penam priuati deinceps sufficientibus auxilia sunt, vitanda, auxilia sufficientia eis adfuisse fatentur, ac proinde eos ab omni profus auxilio gratiæ excludi fuisse negant. Quod ipsum in suo illo errore de aliquorum peccatorum admisi-

Christoph. de Ortega de Deo vno. Tomus II.

forum irremissibilitate ex lege, & decreto Dei Armacanus etiam supponit, & admittit: secundo Doctores illi, etiam post peccata illa pluries obdurate, & obstinatè peccantium reprobationem à gratia sufficiente omni, & per totum vitæ tempus reliqua non asserunt, sed aliquandiu solum, per tempus, etsi non admodum breue: in quo ab aliis Doctoribus discordant: etenim breui aliquo tempore præfatos homines sufficienti etiam ad salutem auxilio, idque in peccatorum penam, destitui experimento notum omnibus est: siquidem plerique ex eis sine anteaكتورum ipsis ad salutem necessariæ, actuali memoria ylla, cogitationeque penitentiae ipsis ad salutem necessariæ, aut præceptorum Dei continua aliquandiu per tempus breue, nec semel tantum in vita, sed pluries vitam degunt, ut illud ego *sto ad ostium & pulso*, non de continua pulsatione internis auxiliis (quæ absq; immissis cogitationibus esse prorsus nequit) non interrupta sed physice momentis singulis continuata intelligi nisi experientia ipsa reluctante minimè possit. Sed vt bene Valq. docet, atque explicat c. 5. n. 26. exemplo hominis ad ostium alterius pulsantis, qui non continuis, ac nunquam interruptis ratiocinationibus pulsatur, sed post primam pulsationem tantillum expectat, an respondeant quod ni fecerint, iterum ac si deinceps iterum, atque iterum pulsatur, quarum pulsationum numerus, & interruptionis diuturnitas taxatio, & scientia penes Deum solum est: poteritque esse ob præfata peccata, cum ad vitæ medium, tum ad finem, & quæ cum peccatoris, qui antea vitæ vltimæ vocationi, & internæ pulsationi Dei ad penitentiam, & salutem non respondit, & vel vi morbi, & periculi, aut aliorum deinceps ad alia omnino distractus moritur, iustissima damnatione coniungitur. Porro mora pulsandi, & vocandi sufficienter ad vitæ medium obduratis in peccatis antea vitæ etiam prædestinatis, qui ad eius finem respiciunt non semel contingit, ut experientia etiam compertum est. Sed præfati Doctores de reprobis in postrema vitæ parte, ne sufficienter quidem vocatis ob antea peccata, post quæ nullatenus sufficienter ad penitentiam, observationemque mandatorum vocentur, videntur loqui.

3. Tertia de adultis in re præsentè sententia est: neminem, adhuc barbarum, atque in sylvis degentem sufficienti gratia, & medio absolute tali ad salutem destitui, tamen proximo auxilio & gratia sufficiente ad fidem, ac subinde ad salutem plures ex barbaris illis destituantur, ut est manifestum: quando quidem de fide Christi, aut in Deum, eorum pluribus, ne cogitatio quidem, sine qua gratia, & auxilium sufficiens ad fidem esse non potest, nusquam occurrit. De auxilio vero, & gratia proxima ad penitentiam de peccatis admisis tamen non intuito, ac sine physica interruptione omnibus etiam fidelibus adit experimentis quotidianis notum esse nuper ostendebamus; aut exceptis illis, qui statim in peccati penam subito obeunt, vel interimuntur atque à Deo illicito damantur, reliquos omnes, qui post admissum mortale aliquandiu viuunt, auxilio, & vocatione sufficiente gratiæ suæ ad penitentiam & salutem per ipsum absolute ab eis assequibilem à Deo sufficienter proximè vocari. Hanc sententiam cum distinctionibus præfatis multa eruditione & meditatione Theologica docet Valquez noster citata disputatione 97. à capite 3. ac deinceps in eius vero sententiæ parte prima de auxilio, & gratia sufficiente absolute remota tamen non proxima à qua adultorum nullus dicitur exclusus duo continentur. Alterum negatiuum, nempe adultis pluribus gratiam, & auxilium proximum ad fidem & salutem non dari: quod in infidelibus pluribus vt diximus patet, ac de quo subinde nulla Theologis controuersia esse possit. Alterum positium, nempe auxilium & gratia remotè saltem sufficientem ad salutem adultis omnibus collatam à Deo fuisse. Ex cuius bono usu fieret, vt proximiora ad fidem & salutem auxilia & media sufficientia saltem & quandoque etiam efficacia ipsi demum conferrentur, vt eo etiam sensu verum illud sit axioma, *facienti, quod in se est Deus non denegat gratiam.* Quocirca cum axioma illud plures, non ex Massiliensibus, & Semipelagianis solum, sed etiam ex scholasticis Theologis de faciente, quod in se, ac de se solum est, ex naturæ viribus variis modis

quibus semipelagianismum vitari arbitrantur, intelligant (quem tamen ut eo loco vidimus non vitant) cauendum hic est, ne remotum illud auxilium, & medium sufficiens ad salutem profus naturale, ac debitum naturæ, etque naturalis omnino cursus, & dispositioni esse admittatur, non autem aliquatenus saltem, & indebitum, & quod Christi meritis debeatur, aliqui enim semipelagianismus non vitabitur, ut citato loco monstrauimus.

4. Sit ergo prima conclusio. Nemo adultus ab auxilio, & gratia, remote saltem, sufficiente ad salutem exclusus, ac reprobatus à Deo fuit. Huic conclusioni nemo Theologorum aduersatur, immo verò consentiunt, quotquot ea de re disputant. Alexander 3. p. q. 69. m. 3. a. 1. adult. & 2. p. q. 111. m. 3. casu 1. S. Thom. q. 14. de veritate a. 11. ad 1. S. Bonau. in 3. d. 5. a. 1. q. 2. ad ultim. Durand. ibi q. 1. n. 9. Gabriel in 2. q. 12. a. 3. dub. 1. Adriani quodlibet. 4. a. 1. principalis pun. 2. Sotus 2. de natura, & gratia cap. 11. fine, & in 4. d. q. 1. a. 3. fine Valsequez proxime, & postiores reliqui ac postremo Quirós d. 19. de prædestinatione. scilicet, tam est male id ad paruulos decedentes sine baptismo extendit. Est expressa sententia Pauli Orosij Augustino coætanei Apologia pro arbitrij libertate longe ante med. scribentis, *Mea semper hæc fuit, atque indubitata sententia: Deum adiutorium suum, non solum in corpore suo, quod est Ecclesia: cui specialia ob credentium fidem gratia sua dona largitur, verum etiam in vniuersis in hoc Mundo genibus propter longanimitatem sui, eternamque clementiam subministrare. Non, ut tu asseris cum discipulo tuo Calestio: cum iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmata natura conuulsa est, ex solo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam contributam; sed specialiter quotidie per tempora per momenta, per atomos, & cunctis, & singulis ministrare. Vbi amplius docet, quam nunc intendamus, & quod dicemus certam, 3. inferuiet: subdit verò, quantum ergo de Dei adiutorio gaudeam, per id metire, quod ministrari per singula, etiam genibus probare manifestum nobis esset, quam vique in finem caueret, & quem sine cessatione inuocare debemus: infra: itaque cum videmus hominibus ignavis tantum diaboli incubuisse nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam præiisse? Post pauca. At verò, ut adesse adiutorium Dei, & per singula, & per singulos manifestum probet, attendendum ait, illud quod Iob. 1. diabolus verissime dixit. *Nonne tu vallasti eum ac post multa in sententiam eandem concludit. Ex quo euidentissimè declaratum est nemini hominum desesse adiutorium: præsertim, cum saluator insistat, & insistit infirmis. Est autem de auxilio sufficienti proximo ad fidem penitentiamque de peccatis admissis, an omnibus, & singulis concedatur mens Augustini explorata pro parte affirmante non sit immò pro negatiua videatur stare, (de quo certam. 3.) de remoto vero auxilio sufficiente nemini negauit; immò verò iis quibus proximum negauit remotum illis ipsis locis concessit. Atque hanc eius fuisse sententiam de auxilio sufficienti remote saltem ad salutem adultis omnibus à Deo prouiso vel inde satis claret quod eius discipuli & indiuidui assensu Prosper & Fulgentius eidem sententia constantiter insisteret.**

5. Prosper igitur à suo præceptore Augustino, ubique in hanc materiam, & disputationem incidit, Dei adiutorium & auxilium gratia omnibus nationibus, earumque hominibus singulis à Deo collatum, quod obinde generale vocat, expresse docet 1. de vocat. gentium cap. 2. alias 7. lib. 2. cap. 13. alias 5. cap. 19. 20. & 23. lib. 7. cap. 2. alias 7. ex quo recitanda hæc opportune erunt. Quibus, præter conclusionis assertionem, præcauentur, quæ eius veritatem obicere, eamque in deteriorum aliquem sensum possent detorquere. Sine igitur nouissima contemnemur sæcula, seu prima, seu media notabiliter, & pie credimus, omnes homines saluos fieri Deum velle, semperque voluisse. & hoc non aliunde monstratur, quam Dei beneficiis, & aque prouidentia Dei, quam vniuersis generationibus communiter, atque indifferenter impendit; fuerunt enim, & sunt huiusmodi dona ita generalia, ut per ipsorum testimonia ad querendum verum Deum possent homines adiuari: quibus donis auctorem suum per omnia sæcula protestantibus specialis gratia largitas superflua est subiungit verò, Deo autem placuit hanc multis tribuere, & illam à nemine sub-

moerere. Specialis vero nomine gratia efficacem intelligit ad querendum verum Deum, credendumque vera fide ac deinceps consequendam iusticiam de facto ac de iure. Quam gratiam multis à Deo datam ait, diuine à gratia sufficienti, & communis, quam omnibus alicui Deo concessam, & merito quidem: nomen quippe specialis gratia, siue proxime, siue remote, solum efficaci gratia Theologis tribuitur: quia specialitas & maiestas inductionis, vel intentionis vnius gratia sufficientis, quæ alia ad gratia individualia physica de quibus nihil præscientia, vel doctrina Theologica docere potest, omnia spectant: quocirca in huius loci, & alterius ex Folgentio statim recitandi à Valse interpretatione disordo, sed potestur enim c. 3. n. 20. versu 1. *etiam, gratia specialis non nisi nonnullis multisque concessa, ac non omnia, gratiam internæ vocationis, seu inspirationis ad bonum, alteram vero, non specialis: sed communis omnibus adultis, & externorum signorum, & beneficiorum gratia profertur intellexisse: sed præterquam quod specialis gratia nomen, non pro interna quavis à Theologis, & Patribus sed pro efficaci solum vltima est, ut dixi, neque eo nomine ab aliquo eorum gratia internæ inspirationis ab externa diuisa vltima fuit, sed frequentibus, & notissimis nominibus gratia internæ, & externæ ab eis semper diuisæ, externa signa, & beneficia quævis, nisi per cogitationem iudicium de eorum actionibus, & debito obsequio conferenti adultis ratione vocationis, de quibus c. 1. loca Prosper agebat, nihilo magis, quam infantibus ante vram rationis correptivæ perpetuo à naturæ, atque æternæ constitutione stupidi, & amensibiles mediæ, sufficientia adhuc remota ad salutem esse possunt: cum tamen hæc media sufficientia esse nequeant: constant Fulgentius, 7. scribens. Sicut medicus nulla est incurabilis blagavia, necque aliquo tempore callositas potest desicere medicina. Quæ remotum saltem medium ad salutem sufficientem ad sui veritatem requirunt. Quæ non reprobant Augustini testimonium ex lib. expositionis quarund. prophetiarum epistolæ Rom. c. 6. & de prædestinatione & gratia, capite 15. de quibus cert. 3.*

6. Porro ex scriptura hæc conclusio de auxilio sufficienti, saltem remote, ad salutem à Deo prouiso adultis ad vltim rationis penitentibus omnibus & singulis prout solet ex 1. ad Timot. vult omnes homines saluos fieri, de desiderio, vero, & secio salutis adultorum saltem Patribus, & Theologis communiter accipitur tale autem esse non potest, nisi de sufficientia saltem aliquo medio ad salutem omnibus prouideatur: verum est ex præmissis sufficientis mediis ad salutem, verum desiderium salutis in Deo demonstratur non autem contra ex desiderio salutis, sufficientis absolute mediis ad ipsam prouiso à Deo finem colligitur, ut dicebamus cert. 1. n. 8. anclius probatur ex 1. ad Rom. 2. quod omnibus dictum ac solum illis, à Paulo fuit. *An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contemnit, ignoras quod benignitas Dei ad peccatorem adducit? secundum autem duritiam tuam, & duritiam aduersitatis, contemnis, & benignitatis ac misericordie Dei à peccatis quibusque, & obduratissimis peccatoribus media auxilia, ac remedia sufficientia, gradu saltem remotis, ex quo accessu industria nostra, sufficientes prout possit acquiri ad salutem sunt; quæ contemnatur ab ipis eo non respondendo, contemptus autem, maxime vitiosus, & ex duritia cordis absolutam donationem ac receptionem mediis, & auxilij neglecti, & pice cordis duritia contemnit essentialiter supponit: cum mediis, & auxilij solum possibilibus, necdum dati, remediis sufficientibus, necdum absolutis appliciti, contemptus duritiae in eis non vitiosus ab vltimo esse minime de facto possit. Probatur 1. ex 10. ad Rom. dicente. *Non est distinctio iudei & Græci* (quorum nomine Barbaras omnium gentium nationes, quoad Dei de eorum salute desiderium, & prouidentiam intellexit.) Nam idem Dominus dicit in omnes, qui inuocant nomen Domini, sal omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Ne autem gentes, quæ non Deum inuocant, in canive credunt distinctionem Iudeorum vocant, in canive credunt distinctionem Iudeorum ab ipsis, sique excusationem præterdant, quod cum non inuocauerint, nec poterint, cum nullum adhuc remotum principium ipsum inuocandi, in canive credendi eis aduenit, hanc eorum excusationem sibi obiecit. *Quoniam inuocauerint, in quem non crediderunt.**

adiderunt? aut quomodo credent, sine predicante? Respon-
det autem verbis Psalmi. 18. Et quidem in omnem terram
exiit. Sonus eorum. Et in fines orbis terra. Verba eorum.
Quorum? eorum nimirum de quibus psalmus ille loque-
batur, nempe: Celi narrant gloriam Dei, & opera manuum
eius enuntiat firmamentum. Dies dies enuntiat verbum &
nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquela neque ser-
mones quorum non audiantur voces eorum. In omnem ter-
ram exiit, sonus eorum, & in fines orbis terra. Verba eo-
rum. Unde constat plurimum Patrum interpretationem de
de sensu mystico predicationis Apostolorum a Paulo ibi
intento, ut omnis terra nomine tota Palestina; in qua
iam tunc Apostoli predicaverant, & scriptura phrasi om-
nis, vel universa terra dicitur: vel stylo prophetico futu-
ra in universo ab Apostolis predicatio, præteriti voce ab
Apostolo præannuntiatur, bonam quidem accommodatice
esse, aut litteræ rigore de predicatione celorum, atque
operum Dei harmonia in universo, cuiusque successus
motibus constantia, ac permanentia, Paulum fecit, &
Psalmistam fuisse locutos, præfata contextus observatio,
& explicatio demonstrat, ut docet censet Iansenius in eum
Psalmum, & Vázquez de 97. cap. 3. num. 30. & Hæc verba ex-
positione. Id quod ex locis aliis Pauli epistolæ eiusdem
cap. 1. sumatur. At enim num. 18. Revertatur enim ira Dei
super omnem impietatem hominum eorum, qui veritatem
Dei in iustitia detinuerunt, quod notum est Dei, manifesta-
tum est in illis: Deus enim illis manifestavit, in iustitia
enim Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur:
sempernam quoque eius virtus, & divinitas, ut sint inex-
cussabiles: quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum
glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in co-
gnationibus suis, & obsecravit est insipientes cor eorum
ubi perpende, veritatem Dei in iustitia detinere: & illud,
cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt,
aut gratias egerunt, sed evanuerunt, Scilicet: quia notitia
eius ex universi structura, non naturalis solum, sine admix-
tione supernaturalis modi adiuncti, ut iustitiam servare,
atque adus illos religionis, & gratitudinis possent abso-
lute exercere, atque ita ad ulteriorem gratiam fidei, &
iustificationis discurrere, detinuerunt in iustitia, & debitos
illos actus religionis, & gratitudinis primæ illi Dei noti-
tiam non annuendo, atque eam evacuando, atque ob inde
insipientia idolatriæ, atque ignominia passionibus, quas
statim recenserat, traditi a Deo sunt. Constat ergo ex Paulo
remotum saltem salutis principium, mediumque sufficiens
adultis omnibus præstitum a Deo fuisse. Vnde supernatu-
ralitas gratiæ quoad modum in auxilio naturali, & quoad
substantiam, satis superque apparet.

7. Probat autem tutus sufficiens medij, remoti sal-
tem ad salutem ex naturalis dictaminis rationis ultra exi-
gentiam, & facultatem nature, a Deo cunctis gentibus,
cuiusmodi barbaris, ad vsu rationis peruenitibus provi-
sionem, quia cum iustitia Dei (id est operum honestatē, &
turpitudinem) cognovissent, non intellexerunt, quoniam, qui
talia turpia, & ignominiosa agunt, digni sunt morte: quod
vix intelligissent, ni insipientia ob dictaminis primi
ex Dei providentia specialis, & nature, quo ad modum sal-
tem, indebita conceptum traderetur: ita caput illud con-
cludit, cap. verò 2. idem argumentum dictaminis rationis
aliunde persequitur: nempe ex iudicio de praviſo alio-
rum actionibus, quas nemo ad rationis usum perueniens
in aliis non damnat, ergo possent inde absolute eas in se
vitare, ac non inhoneste, sed ex honestate operari, atque
ad ulteriorem fidei iustificationis, ac demum salutis, gra-
tiam peruenire, ac proinde nemini eorum adultorum ex-
cultationis locus, quominus ad fidem, & reliquas gratias
peruenirent, locus pareretur: cum ex recto medij illius remoti
sufficiens vlt peruenirent ad illas peruenire. Hanc habet
emphasi capitis eius secundum initium. Propter quod in-
excussabiles es homo omnis, qui iudicis: in quo enim iudi-
cas alterum te ipsum condemnas eadem enim agis quæ
iudicaris. Subdit autem num. 3. Existimas autem hoc homo
qui iudicis eos, qui talia agunt, & facis ea? quia tu effugies
iudicium Dei? Subiungit vero. An diuitias &c. Quod ex-
pendimus ex parte alia, atque ex contextus eius filo vim
etiam recipit hoc iustitiam inferius verò pergit: sine
acceptatione personarum Iudei, aut Græci huiusmodi excusa-
tione de suis malefactis, quod legem scriptam Iudeorum
non accepit esse a Deo rectissime exercendum, cuius

dignam Paulo rationem reddit, non sane aliam quam de-
derat, atque explicuimus num. 14. cum enim gentes, quæ
legem (scriptam) non habent naturaliter (quoad substan-
tiam) ea qua leges sunt, faciunt, eiusmodi legem non habent
res ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in
cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipso-
rum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut
etiam defendentibus in die, cum iudicavit Deus oculis
hominum.

8. Porro assertioni huic de auxilio sufficienti, saltem
remoto, caute insiluit, Augustinus ibi etiam ubi suffi-
ciens auxilium proximum aliquibus obduratissimis pec-
catoribus (ut Pharaoni) creditur denegasse, cap. enim 62.
libri expositionis quarundam propositionum in episto-
lam ad Romanos. ait: Sicut illa misericordia præcedens fidei
tribuitur merito, & ipsa induratio, præcedenti impietati
cum tamen homini liberum non auferatur arbitrium, siue
ad credendum Deo, siue ad impietatem, ut consequatur nos
iudicium. Quod saltem de remoto medio sufficienti ad fi-
dem cuius abusu impietas, ob quam induratio, siue auxi-
lij efficacis, siue sufficientis etiam proximi de negatione
incutitur, necessario intelligendum est, similiter debet de
sufficienti, saltem remoto, intelligi illud de prædestinati.
& grat. cap. 15. de Pharaone, & Nabuchodonosore. Hic
manum Domini sentiens in recordatione propria iniquita-
tis ingenuit, alter libero contra Dei misericordissimam ve-
ritatem pugnavit arbitrio. De Pharaone vero solo dixe-
rat cap. 14. Patientia Dei ei valere debuit ad salutem,
qua differens iustum, meriti quoque supplicium, miracula-
rum verbera crebra desebat. Nemoquid non potuit, sicut fla-
gellis cadens expulsi populum, ita miraculis credens Deum
tamē virtutis agnoscere. Quod de potestate pro auxilium
sufficiens, remotum saltem verificari, ut minimum, debet
pro anteriori tempore, in quo ob usum eius pravi, ob-
durationem cordis per sufficientis etiam, si velis, auxilij
denegationem, tempore posteriori fuerit promeritus, ex
quo loco patet illud excitato cap. 62. libri præfati expo-
sitionis propositionum in epistolam ad Romanos huic
conclusioni non officere, sed prodesse eius sunt verba. Non
est hoc illi (Pharaoni) imputatur, quod tunc non obtem-
peravit: quandoquidem obdurato corde obtemperare
non poterat, sed quia talem se præbuit, cui cor obduraretur.
Neque aduersatur, sed fauet conclusioni illud eiusdem
Augustini de gratia Dei cap. 1. sub medium. Si autem hoc
adiutorium gratiæ, vel Angelo, vel homini, quam primum
facti sunt defuisse, quoniam non talis natura facta fue-
rat, ut sine diuino adiutorio posset permanere, si vellet, non
vitæ sua culpa cecidisset: adiutorium quippe defuisset, si-
ne quo manere non posset. Nunc autem, quibus deest tale
adiutorium iam poena peccati est. Utrobique ergo fatetur
abulum medij, & auxilij remoti sufficientis ad peccatorum
vitandum, ob quod auxilio gratiæ sufficienti etiam pla-
cet a Deo puniuntur, sed expressius adhuc 19. de ciuit.
cap. 13.

9. Eandem conclusionem supponunt & probant idem
Augustinus, Prosper, Fulgentius & alij certam, æcicandij
imo, & recitati tom. 1. de Deo vno controu. 3. de 1. Deum
non deservire hominem prius, quam ab ipso deservat, quo-
cunque illud sensu explicatur: similiter & proloquium
Theologicum de quo dicitur. Et tunc quod in se est, Deus non
denegat gratiam. Quous etiam modo intellectum: id
enim conclusionis huius nihil refert. Tertio probatur ex
vehementi desiderio diuino salutis omnium, ex quo de
eorum malis culpæ vehementer dolet, atque ad eorum
supplicia æternumque interitum venit, immo trahitur in-
iunctus, ut de voluntatis Dei de omnium salute vehemen-
tia & ardore agentes dicebamus controuers. 4. d. 6. de di-
uina voluntatis actibus erga creatura obiecta: ubi enim ve-
rum, seriumque desiderium salutis, absolute tamen inef-
ficax, actuale motiōem ad electionem, & applicatio-
nem medij adhuc sufficientis ad salutem non inferat, quia
vim solum motiūem, non autem determinatiuam ad me-
dij alicuius electionem, & appetitionem importat, aut
valde a Deo ardens desiderium, atque in scripturis pro-
clamatur, & quod præfatos effectus doloris, & violentiæ
(eo modo, quo in Deo admitti possunt, & debent) cum
de negatione auxilij medijque sufficientis, saltem remoti,
ad salutem nequit plane consistere: maxime respectu
adultorum, qui propria culpa damnantur, & pereunt: de
quibus

quia de negatione auxilij efficacia, plus satis misere, aut infelicitate homo à Deo deseritur: At iustat Vaquez cap. 2. num. 14. §. Respondere possit aliquis, de negatione auxilij, & gratie primæ efficacia ad primum bonum opus faciendum, vitandumque primum peccatum deferri à interpretatione hominem à Deo; quem tamen prius homo non deserit, aut deserit contra præfatam Patrum, & Tridentini sententiam. Respondetur tamen iuxta hanc interpretationem, agi in ea sententia de defectione propria eorum, quibus Deus iam adiuuat aliquomodo per gratiam suam, suæ iustificationem, ut primo loco Tridentini, si ne auxiliante, ut testimonio reliquis; defectio enim defectionem ab eo, cui aliquatenus coniunctus defensor erat, proprietate sermonis significat ac proinde in denegatione auxilij, primæque gratie efficacia locum defectionis propria non habet, in ordine seu materia gratie, cum nullam supponat Dei in eo ordine, & materia homini, cui denegatur Dei assistentia, & coniunctionem; sicut auxilij efficacia secundi denegatio ob prauum vsum primi sufficientis, quo Deus adiuuat peccatorem, quem vicerioris efficacia denegatione iuste, ut aiebat Fulgentius deserit Deus: ut sensus sit: Deus à nemine cui gratia, siue auxiliante, siue iustificante semel adiuuat, de negatione vicerioris auxilij efficacia discedit, nisi ob prauum vsum sufficientis prioris: quod ipse efficax sua culpa absolute non reddit, ac proinde iustissime à Deo, & grauius ex causa, & occasione data à Deo ita deseritur. Tertio, Vaquez noster cap. 6. num. 35. §. Verba autem concilij, defectionem hanc Dei de gratia non quidem auxiliante præueniente, seu præueniente & operante sua siue ex se, & motu intentionali, sed de cooperante intelligit, quæ non conuenientius se ad Deum deficit, iuxta Hugonem Victor. tract. 2. summ. sent. cap. 3. & 1. de sacram. p. 5. cap. 24. Quod si gratiam cooperantem respicit diuersam ab excitante, & præueniente, atque de se motu intentionali, & sua siue operante, ac circa voluntatem negotiante pro priori ad huius determinationem intelligit, ut videtur inueneri male responderi ac interpretari: nam reuera gratia illa, ita ex se operans, & voluntatis determinationem præueniens, eademmet cooperans gratia Dei in eo, qui ei annuit & cooperatur, solaque denominatio ab eius, & voluntatis operatione, & cooperatione differens gratia, & auxilij eiusdem est.

3. Ea verò entitativa identitate auxilij, quod vtrique denominationi subiectum sæpe esse licet semper potest, admissa, solutio, & interpretatio solida est, & verissima: & qua tom. 1. de Deo vno controu. 3. d. 1. Prologium hoc Patrum, Deus neminem deserit, nisi prius ab ipso deseratur contra decreta prædeterminatiua actuum liberorum instruebamus etenim gratia, & auxilium Dei ita de se intentionali, & intentionali, ut intentionali sollicitans voluntatem ad eius consensum, & determinationem auiquam motione, & suasionem sua illam determinans, ad determinationem, & consensum voluntatis ipsius libertatis, arbitrioque, quoad vsum, & operationem despotice. Subditur, ac subiicitur (ut sæpe docuimus) ut ad identicam operationem, seu cooperationem (qua cooperans gratia, & auxilium cum voluntate sit, ac denominatur) ab eius voluntate, & arbitrio trahatur. Unde fit realiter formaliter verum sit, gratiam voluntati identice cooperari, vel non cooperari cum voluntate, non ex sui ad alterum determinatione sed ex arbitrio, & libertate voluntatis, cui eius determinatus vsum, & operatio, & non operatio auxilij, & gratie collatione ipsa à Deo permittitur, atque commissa fuit. Unde fit ut, quia voluntas pro suo arbitrio, & libertate auxilio gratie præuenientis sufficienti non annuit, & consentit, nec iuxta eius motionem intentionalem, & suasionem in bonum operatur, auxilium, & gratia sufficientis ipsi voluntati nec operetur in bonum, nec cooperans sit non autem contra, quia auxilium, & gratia non operatur in bonum, voluntatem in illud non operari, neque auxilio cooperari: ac subinde verum, certumque, prius nos gratie deficere, Deumque vocantem deferere, quam ipse, cuiusque gratia cooperans, & in cooperando nos deserat: quod expressè videtur vtrique Tridentinorum, sed maxime datis verbis ex cap. 1. in Dei auxilio firmissimam, neminem collocare omnes debent, ut si dissimulatio, ut parte sui præsidio, & adiutorio nostro, per quod, quominus bonum relinamus, & operemur nulla-

tenus stabit. Deus enim, nisi ipse illius gratie defuerit, sicut cepti opus bonum auxilio præuenienti, quod nobis, quo ad vsum permittit, & committit, ita perficit operans velle & perficere, quoad totum, quod nostre potestatis, & voluntatis est, à cuius arbitrio, & libera determinatione auxilium ad illa sufficiens, & cum illa absolute potens, nequit resistere, quibus quidquid ex nisi & prius siue coniunctum siue separatim opponi possit euanesce; desertores autem plures, quos non deserit à Deo, ait Augustinus, de defectione explicata per non cooperationem non intelligitur qua iuxta hanc interpretationem omnis Deum deserens à Deo deseritur, & illud nisi vix exceptum habet, sed de defectione viceriori per denegationem auxilij efficacia, ut conuertantur quod pluribus tamen primo modo desertis Deus sæpe donat, illud Fulgentij: iuste deseritur à Deo, qui deserit Deum; non ita facilem habet explicationem de defectione à Deo per denegationem gratie cooperantis, si illud iuste defectionem à Deo ex motu, & merito defectionis Dei ab homine, cum negotio operationis hominis negationi cooperationis Dei identificeatur: quare defectione per denegationem auxilij vicerioris efficacia, ut conuertatur prius deserens, debere intelligi. Verum si iuste non accipitur proprie, & positum ex parte Dei deserentis, sed negatiue, & ex parte hominis deserentis, ut tantumdem valeat iniuste, atque absque vlla ratione, & inique contra Deum ager, & querere, quod Deus negatione cooperationis, seu cooperantis gratie ipsum deseruerit, cum eius negationis cooperationis Dei, & auxilij præuenientis præstia tota causa homo ipse fuerit, cuius voluntati, & arbitrio auxilij illius operatio, seu identica cooperatio fuit à Deo commissa, ut explicauimus. Et hic est apertus prosperi sensus responsione illa 15. ad obiectionem Vincentianam, ubi expresse ait, neminem à Deo boni possibilitate dispolari: id est penitentia absoluta ad bonum, quæ sufficienti, ut minimum, auxilio constituitur, sed qui se à Deo diuertit ipse sibi (non Deus, qui boni potentiam omnibus tribuit, sufficienti suo auxilio, ut minimum aditans, & velle bonum, & posse) (quod quidem in sensu diuino à peccato solummodo est) peccati admissione sibi abstulit.

4. Sed quamuis præfata Augustini, & Patrum testimonia eas satis probabiles expositiones habeant. Sunt Patrum, & præcipue Augustini, testimonia adeo difficilia, ut Doctores, eruditioresque Theologi probabilem desperent interpretationem, ne exclusionem adultorum à gratia auxilij, adhuc sufficienti, proximo ad fidem, & penitentiam per tempus aliquod vitæ, & vitæ suæ, nec momentaneum, sed notabile, exclusionem docuerint Isidorus de summo bono cap. 10. Nonnulli ita à Deo despicuntur, ut deplorare sua mala non possunt. Auxilio vero sufficienti possent deplorare, ergo negatur eis à Deo auxilium sufficientis iuxta Isidorum. Secundo ponit illud despicuntur: valet enim idem, ac curam Deus, seu prouidentiam eorum in ordine ad salutem deponit, atque obicit. Quæ admodum, & nos eorum, quæ despectui habemus curam omnem abicimus: illudque verbum à Deo hunc Dei de ipsorum salute neglectum, & incuriam totalem esse, adhuc de sufficientibus, ad penitentiam, eis prouideat, & Augustini verba expositionis quarundam propositionum in epistolam ad Rom. cap. 62. de Pharaone à nobis recitata sunt certam, 2. num. 8. pro aliquotum adultorum à gratia etiam sufficiente exclusionem, ac reprobationem videntissimam. Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperauit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat, sed quia talem se præbuit, cui cor obduraretur. Vaquez noster testimonij huius solutionem, quam relinquit Augustinum (cuius in spectantibus ad gratiam fidissimus interpres, & discipulus est) sententia suæ haberet aduersum omnino desperat circa d. 97. c. 1. & c. 6. Daza vero insignis eius discipulus, magisque meus magister moralem quandam impossibilem credendi Pharaoni factam obdurationem cordis ob anteriora peccata ab Augustino assertam censet ob quam credendi, fideique defectus adeo minus peccatum fuerit respectu anterioris infidelitatis ad eam obdurationem, & moralem credendi impossibilitatem, ut illius comparatione sumpta, & spectata posterior infidelitas obdurati iam Pharaonis imputabilis non sit æstimanda; tametsi imputabilis in se solum, absque ea comparatione sumpta, & spectata absolute sit.

vi. Dicendum nobis est auxilia sufficientia etiam ad fidem vel penitentiam proxima, ac subinde ad salutem proximiora, nonnullis tamen posquam ad vltim rationis peruenierunt (paucis adules) in antea totum peccatorum poenam per notabile etiam tempus denegari, eo quod exinde a gratia etiam sufficiente reprobari. Confentio Henrico, Abulensi, Gregorio, Caetano, Rossini, Ruardo, Tapper citatis certam, 2. num. 2. tamen aduffer præcipuis magnificis meis, Gabrieli Valquez, & Didaco Daza, Valquiannique reliquis. In rebus quippe, quæ ad gratiam Dei spectant, primum nulloquam humana pure autoritate detestandum præceptorem habeo Augustinum, qui à Deo toto hac conclusione apertus fuit, vt vidimus, & profundissimus, ingenio, sicutique eius vbius interpres Valquez testatur. Probatur vltimus conclusio : quia in poenam peccatorum, in quibus præsertim reprobi aliquot diu obstinati vixerunt, per breuissimum aliquod tempus aliquando teste Valquez auxilia sufficientia etiam à Deo priuantur, vel periculo imminuentis mortis totò intenti, vel eius metu, & horrore ita correpti, & attoniti, vt nihil de penitentia, atque animi salute cogitent, nec dum attendant, tamen si adfuit fideles, & Sacerdotes ipsi de peccatorum praesentia, & animi salute inclamantes : id quod denuntiatio capitalis sententiae fanis, valentibus proflus esse saepe contingere experti fuisse sumus, qui eos vt se bene, & salubriter ad subeundam mortem disponenter iuuimus, vt mirum præ certæ mortis horrore attoniti penitentia, & salutarium aliorum exhortatione, nescio an audiant certe non attendant : & in vtrique, stuporis vel omnimodæ mortem imminuentem digressus tempus non instantaneum, moraliter ad huc, sed notabile, quadrantis, horæ, & dici quodammodo integri esse experimur, in quo cogitatio, & auxilium sufficiens proxime ad penitentiam, & salutem nec habet locum, nec habere potest, ergo si is horrore, & totalis ad imminuentem mortem attentio cum sufficiente cogitatione, & auxilio ad salutem impossibilis per totum illud spatium in antea totum peccatorum poenam, immo plurium dierum præteritis, & habitualis amentia donetur, diu multumque in via, ac vita sufficientia etiam, auxilij proximi denegatio improbus, reprobisque punietur, & iustissime punietur vt Augustinus aiebat. Dices quæstionem non esse de stupidis, amentibus, aut totaliter attentis, arborisque, quin de salute, & penitentia cogitent, sed cum in ea cogitatione sit auxilium sufficiens, quæstio tua ineptissima erit, an scilicet homo cum auxilio sufficiens proximo ad salutem, cum illud habet, carere illo possit, etiam ad duo contradictoria possint esse simul? tu sane ipse fateri debes per breuissimum tempus ex totali animi ad illa diuersione, atque obliuione salutis peccatores reprobos moribus auxilij sufficientis cum de auerfione, & obliuione impossibilis denegatione à Deo puniri, ac subinde damari. Secundo impossibilitas illa cogitandi de salute amplius per amentiam, & stuporem habitalem, quantumvis diuturnam vltque ad vitam finem à Deo immixta in penam peccati continet voluntatem Dei, vt nihil cogitet de salute, atque, si ea non immixta impossibilitate vellet, vt nihil toto illo tempore cogitaret in antea totum peccatorum, & ob-

6. Secundo probatur conclusio ex 1. ad Rom. num. 22. verbis illis dicit certam. 2. num. 7. quibus dicitur de Ethnicis, qui cum (Philosophi) Deum cognoscunt, non sicut Deum glorificantur, nec gratias agunt, sed nequeunt in cogitationibus suis, (in hispanis) naturam esse inspicere cor eorum: dicentes enim se esse felices sibi facti sunt; & mutantem gloriam imaginis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominum; & voluerunt; & quadruplex & septenaria, quod tradidit illis Deus in desideria suis errorum immunditatem, ut contumelias iracundiam afflicta corpora sua in semetipsis eorum vix abominatissimi enumeratis subdit. & sicut non probatur: Deum talis in notitia, tradidit illis Deus in reprobum sensum, quod tantumdem valet, atque obcuratum esse cor impii eorum, id est permitti fuisse a Deo in errorem inanimabiliter cadere, ut nulla eis ratio deinceps appareat, quae principium respicienda esse possit: autem, cum idololatriam, tum vitiaque quae ipsominus passioibus aguntur, non solum peccata non esse sed esse etiam licita, ut bene Cornelius notat explicans illud in reprobum sensum. Vbi ergo cum errore, & iudicio hoc cogitatio, & auxilium sufficienter credenti, ostendique verum Deum, & penitentia de peccatis penitus in eis ethiis consistere: ergo hoc peccata sua a prima, etiam sufficienti proxima ad salutem reprobis via a Deo fuerunt, & iuxta Paulum exclusi. Et quoniam hoc modo obcuratum cor Pharaonis, inique in reprobum sensum a Deo traditus, credit vix humiles negotium, cum semper Moysis fuisse, & miracula illi magnitudine, excellentia, & notoritate, & multitudine Magorum ligna, longe superaret; alia vero ratione cum credere non potuisset absolute, ac proinde fuisse ab auxilio sufficienti proximo ad fidem, obediendum Deo, ac penitentiam reprobatur, atque in anterioris oblationis penam a Deo exclusum, aliunde Augustinus docet. Neque ex animi, & voluntatis obsequium ad non credendum obediendum, ac ponendum de peccatis quae a Deo efficax esse potest, ut eis etiam signa vix moveri à præconepo proposito infidelitatis, inobedientie &c. cogitationibus credenti, obediendi, laboris absolute non possit, ac praevidelic in circumstantiis sufficientes proximè ad eos actus, & salutem Pharaonis in actu iam secundo ex parte fuit obduratum, non fortius, quae ante obfistunt, & obfistunt illud propositum sufficientes fuerunt, & proinde & hoc propositum in se imputabile ad culpam vix infidelis reor, & inobediencia cuiusmodi propositum sufficientem non in se, in illo, vt in causa, fuerint impabiles. Cum autem etiam ac obfistatione, & obfistatione Pharaonis ex parte sua, & propositi præconcepti non obtinere non solum sufficientes alia cognitiones, vt ab eo obfistebat posses, sed efficaces etiam Deo suppeterent, quia eius omnipotentia clauderetur: vtrique Pharaonis penam illius propositi, & obfistationis libere cum diu perfererantur, iustissima, & iustissima, fuit.

7. Sed et ponit Valquez notam. Primum auxilium
gratie sufficientis proxime ad fidem pertinetiam et ac-
tutem, etiam absolute esse à Deo possit (aliqui enim col-
latio gratia non foret) ad factum in adultis adhiberi
fuisse credendum. Et de revelatione, de eius bonitate, be-
nignitate, & misericordia, nequit: at nulla de eo reuelatio
est: fin offendat (inquit) nobis Augustinus vbi cum que
purgaturam, aut Apostolicæ traditionis ad ipsum, pos-
setque vtiq; in excellentia Dei perulgate, et de
revelatio extet: immò vtrò de opposito videtur re-
velatio extare ex vera, senaue salutis omnium ad-
volorum præsertim volutate, ac desiderio vni-
sacrament scripturarum expresse: ut de providen-
tialibus auxiliis, & gratie remote fides sufficientis respiciat
adultorum dicamus, arguamusque certam, et impu-
nè ergo nulli adultis, in quocunque statu sit ad vitam sine
gratum à Deo de facto est auxilium, & gratia proxima
sufficiens

sufficiens ad fidem penitentiam, & salutem. Nihil probat argumentum. Esi enim de Deo, eiusque bonitate solummodo inspecta, & salutis omnium desiderio, ita sane iudicare, ac credere debeamus, ut in potestate ad dei cuiusvis ipsius salutem absolute posuerit, ac proinde, quod eam non assequatur, penes ipsum demum absolute fuerit, ac non penes Deum, idque absque prouisione auxilij sufficientis à Deo præstiti sit impossibile; tamen collatione auxilij sufficientis remotè, ut honestè operetur adultus, sicque ad proximiora, & proximiora recipienda perueniat, satis à Deo præstatur, cum autem remoto illo auxilio, quo reliqua bono arbitrij sui usu posset acquirere, abutens peccat, atque vltioribus ad salutem proximioribus se indignum reddit, iam non sola Dei bonitas, & benignitas, salutisque adulti voluntas, & desiderium ad gratiæ auxilij collationem Dei menti oberrant; sed indignitas etiam peccatoris ob quam gratia omni proximiori, proximiori ad salutem non obstante Dei bonitate, nullaue eius derogatione, & iniuria, iustissime poterit priuari, de factoque in contenta Vasquez per tempus, saltem breues, reprobi nonnulli ad vitæ extremum priuantur, barbarique plures, quibus veri Dei, & fidei lux ob antea peccata contra naturæ rationis dictamen, nunquam affluisse, & paruulorum absque baptismo obuentum salutem ex ea etiam bonitate verè, ac serio desiderat, & tamen eorum pluribus de remedio sufficienti, adhuc remotius, ad salutem Deus in Vasquez sententia non prouidet, ut videmus Sat ergo bonitati, & desiderio verò, ac serio salutis adultorum erit remoti auxilij prouisio, ex qua industria, bonoque usu ad proximiora & proximiora, fidei, iustificationis, & salutis possit peruenire. Opponunt à ratione Vasquez, & asserunt sine gratia sufficiente nec boni moraliter quidquam agere possumus, nec quidquam moralis mali vitare potestatem adhuc antecedente: ergo, cui Deus auxilium, etiam sufficiens, denegauerit non poterit peccare. Concedit consequentiam Augustinus in Pharaone, concedereque debent obiectantes in reprobis peccatoribus, qui ad alia toti intenti nihil de penitentia, & animi salute cogitantes obeunt diem. Sed de antecedenti magna nobis disceptatio futura tom. 1. de ente supernaturali controu. de gratia auxiliante, aliunde, quam hæcenus fuerit, antecedens illud à Doctoribus, in vtramque partem versatum: pendet enim eius decisio ex ea questione: an notitia legis, quatenus ad inducendam obligationem præcise requiritur, sit gratia aliquo modo supernaturalis, & per Christum: quam magister meus Daza multa eruditione, & ingenio excitauit, atque illustrauit.

QVÆSTIO III.

De essentia reprobationis à gratia communiter acceptæ à Theologis, & prædestinationi omnino aduersantis.

Reprobationem à gratia omnino, & quasi à diametro, & contrariè prædestinationi aduersam, eam appello, quæ à gratia solum efficaci exclusio, & reprobatio est: quemadmodum prædestinatio gratiæ solummodo efficacis preparatio in diuina præsentia, & voluntate est: atque eo sensu & acceptione de reprobatione à Theologis communius, magisque ex instituto disputatur, quam de reprobatione à gratia etiam sufficiente: quare eo sensu acceptæ reprobationis explicanda hic essentia, & ut aiunt quiditas ex instituto erit, tamen obiter / tanquam de re facilius de essentia reprobationis à sufficienti etiam gratia dicetur.

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

CERTAMEN I.

Reprobationis à gratia, etiam sufficiente, essentia statuitur: atque ad propriæ reprobationis essentiam statuendam notata.

Cum reprobationis essentia actum liberæ voluntatis Dei de gratia, siue sufficiente, siue efficaci, deneganda rationali creaturæ, ut minimum includat, neque, acque nisi ex scientia aliqua cum gratiæ deneganda, cum creaturæ, cui deneganda gratia est, à Deo haberi de vtraque reprobatione examinandum erit, quamnam scientiam, vel denegandæ gratiæ, vel rationalis creaturæ, cui deneganda alterutra gratia est includat, vel essentialiter supponat: ad eum modum, quo de prædestinationis essentia agentes examinabamus. Quocirca triplicis Dei scientiæ circa obiectum vtrumvis retrahendâ hic memoria erit: simplicis intelligentiæ quæ, & subiecti reprobandi à gratia possibilitas, atque item possibilitas gratiæ, & essentialis eius, ac intrinseca ad salutem conducentia repræsentetur. Visionis item, qua vtriusque absoluta existentia à Deo cognoscitur, media, quid futurum, essi contingenter & libere in creatura, & à creatura rationali determinate sit, Deo innoscitur: & scientiam visionis de absoluta gratiæ existentia; vel eius absoluta negatione ad neutram reprobationem, siue ut eius constitutum, siue ut quid præsuppositum, requiri perspicuum est: siquidem neutrius gratiæ existentia absoluta est, quare neque visionis scientia, sed potius absolute negationis visio: quæ cum voluntatem absolutam non conferendi gratiam creaturæ illi rationali, qua voluntate reprobatio à gratia, vel adequatè, vel saltem, completiue constituitur, nequit reprobationem à gratia constitutere, neque ad illam supponi.

2. De scientia autem simplicis intelligentiæ creaturæ rationalis scientia ad vtramque reprobationem à gratia supponi, non autem ipsam ingredi æque certum est. Supponi quidem: quia, cum voluntas Dei à gratia alterutra excludendi, ac reprobandi, ex quocunque motiua à Deo habeatur, libera Deo sit, & chimæra omnis, seu impossibile se ipso ab existentia & subinde possibilitate recipiendi gratiam sit exclusum, nec ex libera Dei voluntate pendeat, ut ab ea excludatur, sit scientiam simplicis intelligentiæ de possibilitate creaturæ rationalis ab alterutra gratia reprobandæ, atque excludendæ ad voluntatem liberam Dei de eius exclusione, & (quod idem est) reprobationem prærequirit: Dices id non inferri: sed solum scientiam de creaturæ excludendæ à gratia, & reprobandæ impossibilitate non posse ad reprobationem præsupponi, satis tamen esse præsupponi scientiam de creatura reprobanda præscindentem ab eius possibilitate ut à gratia alterutra eam velit Deus excludere: contra verò, quia nequit non creatura reprobanda à gratia im particulari secundum suam entitatem physicam & metaphysicam id est coniunctionem, & complexum metaphysicum omnium suorum prædicatorum essentialium à supremo genere usque ad individuale inclusus prænosci, alioqui non hæc creatura sed vel alia, vel nulla à gratia excludetur, atque in entitate hæc physica, & metaphysica ex his omnibus prædicatis metaphysicè essentialiter constare creaturæ stat ipsius possibilitas essentialiter, & à nobis etiam impræcendibiliter inclusa sicut in coniuncto prædicatorum chimære essentialis, & impræcendibilis impossibilitas ipsius, ergo nequit esse nisi chimærica scientia Dei de creatura hæc ab eius possibilitate præscindens. Secundo ex parte voluntatis huius liberæ Dei excludendi hæc creaturam à gratia confutatur euasio. Est siquidem voluntas efficax priuationis eius à gratia, quæ nisi ex possibilitate, cum priuationis, tum subiecti quod possit gratiam habere, & priuationem pati haberi à Deo reprobatur.

KKK